

90. *Altera providentia non deficit a suo effectu, nec a modo exercendi quem providit. Item 3. cont. Gent. cap. 94. expresse tradit quod, ordo divina providentia immutari omnino non potest, nec frustrari a suo effectu. Demum in hac parte q. 23. art. 6. probat predestinationem esse certam, quia est pars providentia, & providentia ordo est infallibilis: Ergo discrimen quod statuitur inter providentiam & predestinationem est manifeste contra S. Thom. Favent etiam SS. Patres, passim afferentes providentiam semper scopum suum assequi, etiam quando videtur ipsi resisti: ipsaque Ecclesia, que in quadam collecta canit: Deus cuius providentia in suis dispositionibus non fallitur.*

91. Respondeo distinguendo majorem, ad perfectissimam providentiam supponentem voluntatem finis consequentem, pertinet non solum ordinatio mediolorum, sed affectio finis, concedo majorem, Supponentem voluntatem finis inefficacem & antecedentem, nego majorem. Unde cum providentia Dei generalis, non supponat voluntatem consequentem, sed solum antecedentem, de salute omnium hominum, quamvis sit perfectissima, non debet tamen habere infallibilitatem annexam ipsius finis consecutionem, sicut predestinatio, que supponit voluntatem consequentem & efficacem circa salutem electorum.

92. Ad testimonia D. Thom. que videntur militare in contrarium, dicendum est cum Ferraricus loc. cit. ex summa cont. Gent. S. Doct. loqui in sensu permissivo, quatenus providentia in aliqua sui parte, nempe in predestinatione, habet annexam utramque infallibilitatem ordinis & eventus, non autem quod de conceptu providentia, ut sic, sit utraque infallibilis. Vel secundo, cum eodem responderi potest, que a Deo providetur non esse finem, sed media: nam licet finis in executione sit effectus providentia, non tamen est immediate provisis ab illa, sed effectus mediolorum, que ordinantur ad finem: circa media autem immutabilis est divina providentia, & quoad hoc verum est, illam nunquam frustrari: nam eo ipso quod providet de mediis, infallibiliter illa ponitur in esse: quia tamen aliquando confert media tantum sufficientia, aliquando vero efficacia, consequens sit quod non semper annexam habeat finis adsecutionem, & sic intelligendum est id quod de providentia Dei canit Ecclesia, Deus cuius providentia in sui dispositionibus non fallitur.

Ad testimonium vero desumptum ex q. 23. hujus partis, dicendum est D. Th. probare predestinationem esse certam, quia est pars providentia supponentem voluntatem consequentem & efficacem finis que ad naturalia, & supernaturalia se extendit: non vero ex eo praeclit, quod sit pars providentia generalis ordinis supernaturalis, que supponit voluntatem solum antecedentem, & inefficacem de salute hominum. Quantum ad SS. Patres afferentes providentiam divinam semper scopum suum assequi, etiam cum videtur ipsi resisti, facile responderetur eos loqui de fine ultimo ab ipso provitore generali intento, qui est manifestatio suorum attributorum, ille enim semper obduetur ut in secunda assertionis parte declaravimus.

ARTICULUS IV.

Corollaria precedentis doctrinae.

93. Ex istis colliges primo, providentiam Dei ab ejus scientia practica distingui, per hoc quod scientia practica est de fine & mediis, providentia autem solum de mediis, quatenus ordinatur ad finem. Ita expresse docet D. Thomas q. 5. de verit. art. 1. in corp. his verbis: *Scientia communitur se habet ad cognitionem finis, & eorum que sunt ad finem; per scientiam enim Deus scit se & creaturas, sed providentia pertinet tantum ad cognitionem eorum que sunt ad finem, secundum quod ordinantur in finem.*

94. Colliges secundo, Dei providentiam ab ejus arte distingui. Ita idem S. Doctor ibidem in resp. ad 9. ubi ait: *In rebus potest considerari duplex ordo, unus secundum quod egrediuntur a principio, alius secundum quod ordinantur ad finem.* Et subdit quod ars respicit res productas primo modo, & secundum quod egrediuntur a principio, & inter se invicem collocantur: artifex enim ex vi artis diversimode collocat partes adificii: providentia autem illas respicit secundo modo, & importat ordinem rerum secundum quod ordinantur in finem. Et in corpore ejusdem articuli docet quod ars est recta ratio factibilium, id est eorum que ab agente procedunt in extraneam materiam, v. g. scammum & domum: prudentia autem est recta ratio agibilium, que sunt actus non progredientes ad extraneam materiam, sed perficientes ipsum agens, sicut castre vivere, & patienter se habere. Unde cum agibilia a factibilibus differant, manifestum est, prudentiam in Deo ab ejus arte distingui, & consequenter providentiam que est pars prudentie.

Adde, quod perfectio artis consistit in judicando, perfectio autem prudentie, in imperando, ut docet idem S. Doct. 2. 2. q. 47. art. 8. & probat a signo: nam melior ar-

tifex reputatur qui volens peccat in arte, voluntarie devians a judicio quod habet de artefacto faciundo, quam qui volens peccat ex defectu judicii. In prudentia autem et converso contingit, est enim imprudenter qui voluntarie peccat ab arte devians, habens scientiam & judicium perfectum, quam qui volens peccat ob imperitiam artis, eo quod ille deficit in imperio, ille vero in judicio, que doctrina est Philosophi 6. Ethic. cap. 3.

Colliges tertio, Dei providentiam non esse idem ac legem aeternam: in quo decipiuntur quidam ex nostris Thomistis, qui oppositum sentiant: nam D. Thom. q. 5. de verit. art. 1. ad 6. expresse docet, quod providentia in Deo proprie non nominat legem aeternam, sed aliquid consequens ad illam: quod probat, quia lex aeterna consideratur in Deo, sicut in nobis accipiuntur principia operabilium, ex quibus ad consiliandum, eliciendum, & impedendum procedimus: Ergo sicut principia operabilium naturaliter nota, non sunt in nobis providentia, aut prudentia, sed principium illius, non aliter ac principia speculabilia non sunt scientia, sed scientia causa: ita lex aeterna in Deo non est prudentia, aut providentia formaliter, sed principium illius: unde colligit D. Th. effectus providentia attribui legi aeternae, tanquam ejus principio. Ubi est advertendum, loqui D. Th. de lege aeterna, secundum quod est ratio gubernationis rerum five rationalium five irrationalium: in qua acceptione verissima est ejus doctrina, & discrimen statuum, sic intelligendum, quod sicut lex in nobis tradit regulas in general. v. g. diligendum esse Deum, parentes honorandos, &c. juxta quas regulas prudentia hic & nunc colligit esse operandum. Ita lex aeterna in Deo tradit generales regulas v. g. lapidem deorum, ignem sursum inclinari: providentia vero juxta illas regulas de moribus illorum in particulari disponit, & ideo providentia legem aeternam habet pro principio.

Confirmatur: Lex aeterna, et est proprie lex, non est Deo 96 imposta, sed creaturis, nec consistit in imperio monastico respiciente actiones Dei: sed in imperio regali subditos respiciente, ut docet Theologus cum eodem S. Doctore 1. 2. q. 93. Ad providentia consistit in imperio monastico, & immediate respicit actum Dei liberum, qui dicitur usus, & mediate executionem, ut constat ex dicendis in Tractatu de predestinatione disp. 1. art. 3. Non ergo fuit idem formalissime providentia, & lex aeterna.

Colliges quarto, providentiam distingui ab ideis divinis. 97 Ita etiam S. Thomas loc. cit. de verit. in resp. ad 1. ubi ait: *In re creata duo possunt considerari: scilicet ipsa species ejus absolute, & ordo ejus ad finem, & utriusque forma processit in Deo. Forma ergo exemplaris rei secundum suam speciem absolute, est idea, forma rei secundum quod est ordinata in finem, est providentia. Et subdit: Quamvis idea possit pertinere ad speculativam cognitionem aliquo modo, tamen providentia tantum ad practicum pertinet, eo quod importat ordinem ad finem. Et in hac parte q. 15. art. 2. ad 4. docet quod idea ab arte distinguitur, quia haec significatur ut quo Deus intelligit, idea vero ut quod intelligitur. Et etiam providentia significatur ut quo Deus practice intelligit: Ergo illa etiam a divinis ideis virtualiter distinguitur.*

Colliges ultimo, Dei providentiam distingui virtualiter, 98 saltem inadquate, a potentia Dei executiva, qua res ad extra producit.

Probat: Potentia Dei executiva est scientia ejus practica, seu approbationis, producens res ad extra per actum imperii, ut ostendimus in Tractatu precedenti disp. 3. art. 4. Sed providentia Dei, ut jam vidimus ex D. Thoma, virtualiter, saltem inadquate, distinguitur ab ejus scientia practica: Ergo & ab ejus potentia executiva. Dixi, saltem inadquate, quia actus imperii quo Deus res ad extra producit, duo munia inadquate includit, scilicet munus dirigendi, & exequendi: & sub prima ratione pertinet ad providentiam, que habet res dirigere per ordinem in finem: sub alia spectat ad scientiam Dei practicum, que in Deo habet rationem potentie executivae. Quare D. Thomas loc. cit. de verit. in fine corporis articuli ait: *Actus potentia presupponit actum providentiae sicut dirigentis: unde in providentia non includitur potentia, sicut voluntas. Id magis constat ex dicendis Tractatu sequenti disp. 1. art. 3. ubi actus ad predestinationem negotium pertinentes discutimus, & praecipua discrimina que intercedunt inter providentiam Dei generalem, & predestinationem, que est specialis providentia, qua creatura rationalis ad aeternam beatitudinem efficaciter ordinatur, exponimus.*

Querit D. Thomas hic art. 3. an Deus immediate omnibus rebus provideat? Et respondet quod ad providentiam duo pertinent, scilicet ratio ordinis rerum provisorum in finem, & executio hujus ordinis, qua gubernatio dicitur. Et subdit, quod quantum ad primum, Deus immediate omnibus provideat, cum in suo intellectu habeat rationes omnium rerum etiam minimarum, non vero quantum ad secundum, sed inferiora gubernat per superiora, non propter defectum suae virtutis, sed propter abundantiam suae bonitatis, ut dignitatem causalitatis etiam creaturis communicet.

Id ma-

Id magis explicat & confirmat 3. cont. Gent. c. 77. ex differentia que est inter Dei providentiam, quatenus ordinat, & eandem quatenus exequitur eundem ordinem: *Primum enim (inquit) fit per virtutem cognoscitivam, secundum per virtutem operativam; hac autem ita se habent, quod tanto perfectior est ordinatio, quanto perfectior virtus cognoscitiva, & quanto magis ad minima descendit: minimum autem excurrit condecet inferiorum virtutem effectum proportionatam: in Deo vero quantum ad utrumque summa perfectio est, in eo enim est perfectissima sapientia ad ordinandum, & perfectissima virtus ad operandum: oportet igitur quod ipse per sapientiam omnium ordines disponat etiam minimorum, exequatur vero minima, sive infima, per alias inferiores virtutes, per quas ipse operatur, sicut virtus universalis est aliter, per inferiores & particularem virtutem: Ergo convenientissimum est, quod Deus res per seipsum disponat & ordinet, illam tamen dispositionem per causas inferiores exequatur, & quibusdam utatur creaturis, ut alias regat & gubernet. Unde substantias intellectualibus utitur in gubernatione rerum corporaliu, & inter substantias corporales, inferiora haec & subalternaria, reguntur per corpora caelestia; homo vero, quia medium tenet inter creaturas mere spirituales & corporales, ut spiritualis & cognoscitivus, subijcitur Angelis a quibus illuminatur; ut corporeus vero, & in actionibus corporeis, subijcitur corporibus caelestibus, & ab eorum influentiis dependet, quatenus vero liber, & agens voluntarium, ac sui ipsius dominus, nulli rei create subijcitur, sed soli Deo, cuius providentia ejus motus voluntarii & liberi immediate subduitur, ut docet S. Thom. 3. cont. Gent. cap. 93.*

100. Nec solum in ordine naturae Deus regit creaturas inferiores per superiores, sed etiam in ordine gratiae: quod ex duplici capite provenit. Primo ex ipsa Dei providentia que ut perfectissima est, convenientissimum etiam ordinem rebus tribuit: sic autem res convenientissime ordinantur, quando perfectio unius cedit in bonum imperfectiorum, & excellens illius que perfectior est redundat in utilitatem ejus que minus est perfecta: *Perfectio divina providentia* (inquit D. Thom. 3. cont. Gent. c. 77. ratione 5.) *requirit ut excessum aliquarum rerum supra alias, ad ordinem convenientem reducantur, sicut hoc superabundantia aliquorum magis habentium, proventis aliquod bonum virtutis habentibus. Secundo id provenit ex ipsa perfectione rerum, cum enim bonum fit sui diffusivum, ex Dionysio 4. de divinis nominibus, quo est res aliqua melior, eo est magis diffusiva sui. Item quo res aliqua melior & perfectior, eo est Deo similior: Deus autem totus est sui diffusivus. Ergo quanto aliqua creatura magis in participatione divinae bonitatis constituitur, tanto magis possibile est. Unde Beatus Petrus monet eos qui divinum fecerit potest, transfundant: *Unusquisque illam administrat, sicut boni ditionem rerum multiformis gratia Dei. Ex quo infert D. Thom. infra qu. 106. art. 4. quod Sancti Angeli qui sunt in plenissima participatione divinae bonitatis, quidquid a Deo percipiunt, subijcitur imperantur.* Ex hoc etiam constat, quod intra ordinem gratiae, Christus Dominus, ut Deo propinquior (cum Deus sit) in totum ordinem illius influat, neque enim aliquid participat gratiam aliquam, quam ex ejus meritis non possideat, & sancti quo Christo sine Deo sunt propinquiores, ut Beatissima Virgo, Apostoli, Fundatores Ordinum, &c. eo magis influant in alios.*

ARTICULUS V.

An Deus sua infinita Providentia, omnes nostras bonas operationes ab aeterno predestinet, & praedeterminet?

S. I.

Quibusdam passivis, sententia affirmativa ut vera eligitur.

101. Notandum primo, duplex solere distingui decretum a Theologis, unum positivum, quo Deus vult positive aliquid esse; & aliud permissivum, quo sinit, vel permittit aliquid fieri. Ut enim dicit Augustinus in Enchirid. cap. 95. *Non sit aliquid, nisi omnipotens fieri velit, vel sinitur ut fiat, vel ipse faciend.* De hoc secundo decreto non loquimur in presenti, quia non agimus hic de actibus malis & peccaminosis, quos Deus solum permittit, sed de bonis operibus, que positive vult, & decernit, ac per scientiam approbationis cognoscit.

102. Notandum secundo, quod quando queritur, an divina providentia actus liberos voluntatis create predestinet, & praedeterminet? particula praedeterminet potest importare, vel designare prioritatem. Unam durationis & temporis: alteram naturae, seu causalitatis. De prima, nulla est difficultas, vel controversia: constat enim, ab aeterno, & ante omnia tempora, dispositionem de rebus faciendis fuisse in mente divina. Nam elegit nos ante mundi constitutionem. *Theol. Comet, Tom. I.*

103. nem, ut ait Apostolus, & ante saecula decrevit, qualiter per saecula disposuit, ut ante Gregorius in moralibus. Tota ergo controversia devolvitur ad secundum genus prioritatis, an scilicet dentur in Deo decreta, que prioritare naturae & causalitatis antecedant futuritionem consentus, & determinationis nostrae voluntatis: vel illam supponant ut a resolutione de voluntate medium? Cuius difficultatis Resolutio pendet ex principiis supra statutis, impugnano scientiam mediam, & divinum decretorum efficaciam demonstrando. Unde

Dico, Deum sua infinita providentia praedeterminare, praedehinere, sed praedeterminare omnes actus bonos & honestos quos voluntas create in tempore elicitur est: non solum quantum ad illorum substantiam, sed etiam quantum ad modum libertatis & contingentiae in eis includit. Est contra defensores scientiae aeternae & efficaces reijciunt, & sola decreta indifferentia & conditionata, consentium & determinationem liberi arbitrii exposcantia, in Deo agnoscunt. Vel si admittant decreta determinata, & absoluta, volunt ea esse subordinata scientiae mediae, & supponere praevisionem futuri consentus, saltem sub conditione quod homo ponatur in his vel illis circumstantiis & occasionibus.

Nostram tamen conclusionem docent non solum omnes 104 Thomistae, sed etiam plures ex antiquioribus & recentioribus Theologis, quorum longum catalogum conscribit Salmanticenses hic disp. 10. dub. 3. Alvarez l. 1. responsionum c. 1. & P. Lemos tract. de divinis predestinationibus cap. 5. Immo Henricus Henriquez celebris scriptor Societatis, libro ultimo de fine hominis, c. 4. n. 2. in textu fatetur hanc ante Molinam fuisse concordem & unanimum Theologorum sententiam. Restat (inquit) concors Theologorum sententia docet, Deum habere praedeterminationem bonorum efficacem, ex providentia perfecta ab aeterno, in qua, & per quam, tanquam per rationem, certo omnia sciat. Et cap. 3. allegat pro hac sententia plures viginti Doctores, tam ex antiquis, quam ex modernis. Et ibidem addit, *Non est ita difficile conciliare libertatem hominis cum tali praedeterminatione, ut quidam recentiores putant. Subterbit Azozius, & quod olim de Cicrone Augustinus dixit, junioribus suae Societatis Theologis attribuit: ait enim libro 4. instit. Moral. c. 22. q. 21. Pauci juniores Theologi, ut voluntatem nostram liberam faciant, faciunt sacrilegam, dum negant Deum opera nostra bona praedehinere.*

Ex his intelliges, excessisse Molinam cum 1. p. q. 14. 105 art. 13. disp. 18. art. 2. haec scripsit: *Veritatem cum ex una parte praedeterminationem, quales ab his consurgunt, nec in Scripturis Sacris, aut traditionibus, neque in Conciliis, aut SS. Patribus, fundamentum ullum habeant, quia potius libertatem manifeste evertunt, Scripturis, Ecclesiae definitionibus repugnant, & a passivis Scholasticis sint asserata, immo sub eo nomine ante triginta annos sine inter Scholasticos inaudita. Verum ut constat quantum in his Molina excesserit, & quantum haec a veritate aliena sint, hic breviter expendenda sunt plura Scripturae, SS. Patrum, praesertim D. Augustini, & S. Thomae, testimonia, quibus hujusmodi praedeterminationes vel aperte traduntur, vel per manifestam consequentiam deducuntur. Deinde cum de concordia libertatis cum divinis illis praedeterminationibus differemus, illas non solum non officere libertati voluntatis create, sed etiam eam satuere, firmare, causare, & in actum reducere, ostendemus.*

S. II.

Quaedam Scripturae & SS. Patrum testimonia breviter expenduntur.

106. Plura Scripturae loca supra disp. 4. retulimus, ad divinatorum decretorum efficaciam demonstrandam, que etiam aeternae divinae providentiae praedeterminationes aperte declarant. Ut tamen haec veritas, que est unum ex praecipuis doctrinae Thomisticae fundamentis, magis elucidetur, & firmiter stabiliat, alia Scripturae testimonia breviter hic exponenda sunt.

Primum sumitur ex Apostolo ad Ephes. 1. dicente: *Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis suae.* Quibus verbis in primis rejicit decreta indifferentia & conditionata, consentium, & determinationem voluntatis create expestantia: nam ut ibidem observat S. Thomas, *Apostolus non dicit quod Deus operatur omnia secundum voluntatem, ne credas quod sit irrationalis, sed secundum consilium voluntatis suae: id est secundum voluntatem suam, qua est ex ratione; non secundum quod ratio importat discernsam, sed secundum quod designat certam & deliberatam voluntatem.* Constat autem quod nomine certae & deliberatae voluntatis, non intelligitur voluntas conditionalis & inefficax, qua Deus decernit se influurum in actus voluntatis create, si ipsa voluerit: nam haec voluntas non est certa, sed potius incerta & indeterminata; siquidem ex vi hujus voluntatis non habet Deus potius concurrere, quam non concurrere; sed sicut concurreret,

reter, si voluntas creata vellet, ita non concurreret, si voluntas creata non vellet: Ergo &c.

Secundo per hoc Apostoli verba, excluduntur alia de- creta absolute & determinata, previsionem futuri consen- sus supponantia, que in Deo fingunt defensores scientie medie: nam si Deus nihil circa motus ahus liberos de- terminata statueret, nisi supposita prescientia futuri consen- sus voluntatis nostrae, non operaretur omnia secundum consilium voluntatis suae, sed potius secundum prescientiam consensum & deliberationem voluntatis nostrae. Unde Auctor libri Hypognosticon recte notavit, Paulum non dixisse quod Deus operatur omnia secundum consilium voluntatis humane (sive absolute, sive sub conditione previsionum) sed secundum consilium voluntatis suae: quia ad hanc solum respexit, ut de operationibus creatis in tempore faciendis disponeret.

107. Secundo testimonium habetur c. 2. ejusdem Epistole ad Ephesios, ut dicitur: *Ipsi enim sumus factura, creati in Christo Jesu in operibus bonis, qui preparavit Deus ut in illis ambulamus.* Circa quod locum duo etiam notanda sunt. Primum est, quod fideles dicuntur creati in operibus bonis, quia sicut creatio non presupponit subiectum, sed facit; ita voluntas divina preparans bona opera, non presupponit consensum voluntatis nostrae, sed illum per suam gratiam efficit. Secundum, quod dicuntur bona opera a Deo preparata: id est predestinata, predestinata, seu predestinata, juxta significationem textus Graeci, ubi habetur verbum *preparatus*, quod significat predestinare, praeparare, & predestinare. Unde D. Athanasius explicans hac verba Apostoli, hanc preparationem, predestinationem appellat, sic enim ait: *Sciens autem hoc (scilicet bona opera) preparavit Deus qui differri non poterunt, nec praeteriri quin peragantur, tamquam divinius predestina- ta. Similiter Chrysostomus ad illa verba ejusdem Epistole sicut elegit nos, hac habet: Sic divina ratione cuncta disposita sunt, ac predestinata, itaque per multam erga nos providentiam. Item S. Prosper resp. 11. ad capita Gallo- rum, Fides (inquit) & caritatis opera, atque in eis usque ad finem perseverantia, quia homini per Dei gratiam conferuntur, & qua eis retribuenda sunt, recte predestinata dicuntur ex auctoritate Apostoli dicentis, Creati in operibus bonis qui preparavit Deus &c. Quod desumpsit ex Aug. l. de praed. SS. c. 10. & ex illis polta S. Fulgentius, qui l. 1. c. 17. ad Monimum ait: *Deus hoc gratia justificatione nobis tribuit preparatum, quod in aeterna predestinatione prepara- verat tribuendum.* Denique S. Anselmus super c. 9. Epistole ad Romanos, ad illa verba, *ne propositum Dei maneret*: hac scribit: *Ido tunc dicitur, ut propositum, id est praedictio vel praedictio Dei maneret, id est completeretur, & rata constaret.* Videndus est etiam super illud ad Eph. 3. *Secundum predestinationem factorum*, ubi divina voluntatis predestinationes, respectu hominum, & humanarum operationum, clarissime docet.*

108. His Apostoli & SS. Patrum testimoniis addi potest illud Ecclesiastici 33. *Quare dico aeternam, & annus annum a Sole? A Domini scientia firmata sunt; factio Sole, & gratia- rum custodiens, per Dei sapientiam dividitur: & immutavit tempora, & dies festis, & ex his ipsis exaltavit, & magnificavit Deus.* Quia analogia dicitur & versus finem, discretionem justorum a peccatoribus, & predestinatorum a reprobis, factam ex dispositione & predestinatione divina: sicut enim dies diem fertur, cum aliis alio fit facitior, placidior, salubrior, feritior, immo etiam festivior & fan- ctior, quamvis ex parte ipsorum nulla sit ratio discriminis, uniusque & idem Sol omnium fit causa; quia Deus sua pro- videntia disponit carum Soles, & suis legibus decernit festivitatem & sanctitatem dierum; ita ex hominibus & Angelis aliis alium superat meritis, sanctitate, & beati- tudine aeterna, quamvis ex parte ipsorum, nulla eos ratio fide causa discernat, sed Deus sua providentia, & auxiliorum gratie dispositione, eos dividit & inaequales facit. De quo fuse in Tractatu de predestinatione.

§. III.

Celebre S. Dionysii testimonium.

Adtem aeternae & efficaciæ divine voluntatis predesti- nationes, passim docent SS. Patres, easque variis no- minibus insigniunt. Nam D. Dionysius vocat illas: *Di- vinas & bonas voluntates, existentium predestinativas, & effectivas.* D. Athanasius & Damascenus, *divinas pre- destinationes.* D. Thom. *predestinationes.* D. Augustinus, D. Gregorius, S. S. Prosper, & Fulgentius, *predestinationes.* Dionysius Carthusianus, dicit quod Theologia vocat illas *paradigmatas*. Et Marcellus illas nominat, *prescriptiones*; & *insidiosa.*

110. Celebris ergo locus habetur apud Dionysium cap. 5. de div. nom. titulo de exemplaribus: ubi, ut advert. D. Thom. ibid. lect. 3. agit contra quemdam Clementem Phi- losophum Platonicum, qui existimabat Deum non esse

causam rerum determinatricem, & productivam, secundum proprias rationes, sed solum secundum id quod est illis commune. Unde ponebat (inquit S. Doctor) quas- dam causas secundas, per quas res ad proprias naturas determinantur: & has causas secundas, exemplaria rerum vocabat. At S. Dionysius ibidem demonstrat. Deum esse primam causam particularium entium, secundum quod sunt in propriis & determinatis naturis, & omnia esse in ipso existentia, ex ipso incipientia, in ipso custodia, ad ipsum terminata, & ab illo predestinata, & predestinata, exemplaribus divinis predestinativis, quae sunt quasi principia divinae sapientiae practicae, quae Deus omnia producit. Exemplaria, inquit, esse dicimus in Deo, existentium rationes substantivales, & singulariter praesistentes, quas Theologia predestinationes vocat, & divinas & bonas voluntates, existentium predestinativas, & effectivas, secundum quas substantivales essentia omnia predestinavit, & produxit. Quibus verbis expresse docet, quod sicut artifex volens domum aedificare, prius eam in mente format, & omnes ejus partes determinat ac disponit, & postmodum eam producit in re, Ita Deus tanquam supremus artifex, ab aeterno predestinavit omnia & singula, que in univer- so mundo erant facturus, & consequenter etiam actus li- beros voluntatis nostrae. Unde D. Damascenus orat. 1. de imagin. citans hunc locum D. Dionysii, ait: *Has imagines & exemplaria, predestinationes appellat Sanctus ille, Dei munere, divinis in rebus considerandis & explicandis, excellentissimus Dionysius: omnia enim ab illo predestinata, & sine ulla communicatione in ejus consilio, non aliter ante- quam fierent, erant expressa, quam si quis velit aedificare domum, prius imaginem ac formam ipsam in animo effingit, & cogitatione completitur.*

Respondet Petrus a S. Joseph in Opusculo quod defen- sionem D. Thomae appellat disp. 1. artic. 3. in hoc testi- monio Dionysii, solum explicat ideas omnium rerum, ab aeterno in mente divina praesistentem, nec ibidem ul- lam fieri mentionem de decreto predestinante rerum existen- tiam, vel futuritatem.

Sed contra: Dionysius ibi non loquitur de ideis pure speculativis, quibus res mere possibiles, in divina essentia & omnipotencia, tanquam in causa repraesentantur; sed de ideis practicis, & representantibus res ut existentes, vel fut-uras: Atqui idea practica, & representans res ut exis- tentes, vel futuras, involvunt propositum, seu decretum efficacae divinae voluntatis, quod res mere possibiles transfe- rantur a statu mere possibilitatis, ad veritatem existentiam vel futuritatem, ut docet D. Thom. q. 6. de verit. art. 6. his ver- bis: *Idea in Deo ad qua sunt, vel fuerunt, vel erunt produ- cenda, determinatur ex proposito divinae voluntatis.* Ergo Dio- nysius non loquitur ibi solum de divinis ideis, sed etiam de decreto, & predestinatione divinae voluntatis.

Confirmatur: Dionysius in praefato testimonio dicit quod Theologia hujusmodi ideas & exemplaria in mente divina existentia, predestinationes vocat, & divinas ac bonas volun- tates, existentium predestinativas. Et S. Thomas hunc locum explicans, ait: *Hujusmodi rationes sacrae Scripturae vocat predestinationes, & bonas voluntates, quae sunt dis- tinctivae entium, & effectivae ipsorum; quia per hujusmodi rationes, super substantiis Dei esse predestinantur omnia, & produxerunt.* Sed ideae nude sumptae, cum non pertineant ad voluntatem, sed ad intellectum, non possunt appellari bonae voluntates: neque nomine predestinationis, & pre- destinationis insigniri, nisi considerentur ut determi- nate, & applicata ad certos effectus repraesentandos & producendos, per decretum efficacae, & predestinandas rerum existentiam, vel futuritatem, ut de se patet: Ergo D. Dionysius, & S. Thomas, in praefato testimonio, non loquantur solum de ideis divinis, sed etiam de de- creto predestinante & predestinante futuritatem, vel existentiam rerum.

§. IV.

Aliqua S. Augustini testimonia.

Præter hoc celebre D. Dionysii testimonium, plura alia ex Sanctis Patribus adduci solent, a nostris Thomistis, in ejusdem veritatis confirmationem. Insignis est locus Au- gustini apud Prosperum sententia 58. sic dicens, *Divina voluntas est suprema causa omnium corporum, spiritaliumque motionum: nihil enim fit volubiler & sensibiler, quod non de involubili, & invisibili summi imperatoris aet. aut jubatur, aut permittatur &c.* Et in billoquis c. 26. sic ait: *Prisquam me formarem in utero, vocasti me, & ante- quam extrem de vulva, quidquid tibi placuit, praerogasti de me. Et c. 24. Velle quod bonum est non possum, nisi in velle. Et 5. de civit. Dei c. 9. dicit quod voluntas nostra sanctorum vult, quantum Deus eos vult velle, atque proficit. Et ideo quidquid vult, certissime vult, & quod factum sunt ipsa, omnino factura sunt. Et ibidem, ad designandum sum- mam & infinitam divinae voluntatis efficaciam, & infallibi- litatem, docet eam aliquo modo fati nomine appellari posse,*

posse, unde Pelagianus ei frequenter objiciebat, quod per divinam providentiam & predestinationem, fatum consti- tueret, & arbitrium negaret: hoc autem nulla apparenti ratione poterat ei objicere, si ipsi certitudinem & im- mobilitatem divinae providentiae & predestinationis non constitueret ante praesentiam boni usus liberi arbitrii, sibi quod nisi doceret Deum ad nos liberos ab aeterno suo decreto efficaci & absoluto predestinare: Ergo tales predestinationes sunt de mente S. Patris nostri Augustini. Unde tract. 105. in Joann. ait quod *Deus omnia futura predestinavit.* Et tract. 63. quod *Deus fecit futura, ea predestinavit.* Et de praed. sanctorum cap. 10. quod *predestinatione sua Deus ac praesens qui fuerat ipse facturus. Denam de bono persever. cap. 17. sic dicitur: Si bona opera dantur a Deo, & ea se dantur esse praesentis, profecto predestinavit.*

§. V.

Auctoritates D. Thomae.

114. Divo Augustino concinit fidelissimus ejus discipulus S. Thomas, qui variis in locis, easdem divinae voluntatis predestinationes aptissime docet. Nam questione 3. de veritate art. 7. ait in terminis: *Omnes effectus secundum ex praesentione Dei proveniunt.* Si omnes: Ergo nulli sunt qui non proveniant: Ergo etiam liber consensus nostrae voluntatis est a Deo predestinatus, & non solum praesentis, & subjacet ordini predestinationis, & non solum praesentis. Unde idem S. Doctor q. 6. de veritate art. 2. ad 11. inquit: *Hoc ipsum quod est velle accipere gratiam, est nobis ex praesentione.* Et in hac parte q. 23. art. 5. expresse docet, quod non est distinctum id quod est ex praesentione, & ex arbitrio nostro: *sicet nec est distinctum quod est ex causa prima & secunda.*

115. Præterea idem Angelicus Praeceptor 1. parte quaest. 116. art. 1. in corpore, sic habet: *En qua hic per accidens aguntur, sive in rebus naturalibus, sive humanis, reducuntur in aliquam causam praedeterminantem, quae est providentia divina.* Et opus. 15. cap. 15. haec scribit: *Concedendum est igitur, quod divina providentia ab aeterno praesentis causa est omnium effectuum qui secundum ipsam sunt; & qui immutabili dispositione ab ipso procedunt.* Item quatuor libr. 12. art. 4. subscribit sententia illorum qui dicunt, quod a Providentia Dei omnia sunt praedeterminata, & ordinata. Et in hoc sensu ibidem docet cum Augustino supra relato, posse concedi omnia subijci fati, dummodo nomine fati intelligamus divinam providentiam, omnia quae sunt in mundo, & absolute & efficaci decreto praedeterminantem, & praedeterminantem. Unde opus. 2. cap. 138. ait: *Et sic necesse est ponere fatum ponente divina providentia omnia subijci.* Denique in 1. ad Anthonium dist. 37. quæ- stionibus art. 4. ait expresse, *A voluntate divina modum rerum praedeterminatum esse praedeterminatum.* Item ad caput 37. istae in illa verba: *Namquid non vidisti quod olim scri- ptum est in Deo persona: Malum pene quod per ipsum inferre praevidi, & praedeterminavi.* Et opuscul. 1. cap. 16. docet ex Athanasio, Incarnationem Christi esse factam, secundum praedeterminationem divinam. Item 1. ad Timotheo. 2. lect. a. exponens illa verba Apostoli, *Cae- lesi spirituum temporibus suis conspiratum est*, inquit: *Temporibus scilicet quibus praedeterminatum erat fieri.* Et in hac parte quaest. sequenti artic. 1. ad 1. solvens argu- mentum ex Damasceno dicente: *Omnia quidem praesensit Deus, sed non omnia praedeterminat.* Respondet quod *Dama- scenus vocat praedeterminationem, impositionem necessitatis: sicut in rebus naturalibus quae sunt determinata ad unum.* Et eodem modo satisfacit 3. contra Gent. cap. 90. in si- ne, ubi ait: *Id quod docet Damascenus, quod Deus ea quae sunt in nobis praesensit, sed non praedeterminat, exponendum est, ut intelligatur, ea quae sunt in nobis, divi- nae determinationi non esse subiecta, quasi ab ea necessitatem accipientia.* Sentit ergo S. Thomas, decretum volunta- tem nostram praedeterminans, non ad unum per modum naturae, sed per modum libertatis, esse necessario ad- mittendum, alioquin frustra sic explicuisset Damascenum, immo nec debuisset illum interpretari, sed illius dictum absolute concedere.

116. Ex quibus testimoniis, fideliter, & de verbo ad ver- bum relatis, intelliges quam parum versati sint in lectione D. Thomae quidam Recentiores, qui dicunt nomen hoc, *praedeterminatio*, nullibi apud S. Thomam reperiri, sed a recentioribus Thomistis fuisse excogitatum.

Intelliges etiam, eosdem Auctores immerito hoc nomen rejicere ac depicere, cum illud usurpant, non solum a S. Thomae, sed etiam a D. Dionysio, Damasceno, Atha- nasio, aliisque SS. Patribus supra relatis. Immo S. Dio- nysius dicit, *sacram Theologiam: Sanctus vero Thomas, sacram Scripturam*, appellare rationes, seu ideas in mente Dei existentes, & per liberum Dei decretum, ad certos & determinatos effectus producendos & representandos determinatas: *Divinas & bonas voluntates, existentium praedest.*

Thom. Genes, Tom. I.

DETERMINATIVAS, ut constat ex locis supra relatis. Et merito ille sacram Theologiam, iste Sacram Scripturam dixit, nam tempore Sancti Dionysii, quae erat alia sacra Theologia, quam Scriptura sacra?

§. VI.

Præcluditur aditus solite eversioni Adversariorum.

Am clara & expressa Scripturae & Sanctorum Patrum 117 testimonio conatur eludere Adversarii, dicendo his locis solum haberi, Deum predestinare omnia opera nostra, antequam fiat actu in tempore; non tamen antequam per scientiam mediam praevideatur futura. Verum hinc eva- sioni facile ex supra dictis aditus pracludi potest. In pri- mo contra illam militat Scripturae testimonium §. 2. addu- cta. Si enim Deus non posset quidquam circa actus li- beros nostrae voluntatis definire & decernere, nisi previo consensu, & deliberatione nostra, non operaretur omnia se- cundum consilium voluntatis suae, ut dicit Apollolus: sed potius secundum consilium, & deliberationem, seu elec- tionem voluntatis nostrae, ut olim docebat Paulus, cuius verba infra referemus. Item fit divina constitutio & de- cretum supponeret previsionem futuri consensum voluntatis creatae, inepte diceretur ab Apostolo fideles creati in Christo Jesu in operibus bonis: divinum enim decretum, quod ab aeterno Deus bona opera preparavit, majorem ha- beret similitudinem & analogiam cum educatione, quae fit ex praesupposito subiecto. Incongrue etiam Deus diceretur in Scriptura trahere homines ad consensum, & de- nolentibus facere volentes, ubi enim praeviderit voluntas hominis consenturam, & scilicet sui auxilio & concursu mere indifferenter determinatur, ibi nulla potest esse vel imaginari tractio, vel cordis immutatio: *Quis enim (in- quit August. lib. 1. contra duas epist. Pelag. cap. 19.) trahitur, si jam volebat, &c.*

Secundo contra eandem responsonem pugnant praefata 118 Sanctorum Patrum testimonia, in quibus dicitur omnia esse a Deo praordinata, predestinata, & praedeterminata. Si enim decretum quod Deus bona nostra opera decernit, ac definit, esset ordine rationis posterius determinatione pre- visa voluntatis creatae, incongrue divinae voluntatis pre- definitio, & praedeterminatio vocaretur, & potius ejus postdefinitio, & postdeterminatio deberet appellari.

Tertio, D. August. & S. Thom. supra relati, docent 119 in bono sensu posse admitti fatum, dummodo hoc nomi- ne non intelligamus dispositionem syderum, & concate- nationem, seu coordinationem causarum naturalium, a qua Gentiles existimabant omnia in rebus humanis con- tingere, sed divinam providentiam, omnia quae sunt in mundo, ab aeterno praedeterminantem & praedeterminantem, conformiter ad naturam & conditionem cujuslibet rei creatae. Unde dicit Augustinus 5. de civitat. relatus a D. Thoma quodlibet 12. art. 4. *Si quis hoc modo intelli- gat fatum, sententiam tenet, & linguam corrigit, nec dicit fatum, sed Dei providentiam.* Sed absurdum esset ac ridiculum, divinam providentiam fati nomine appella- re, si nihil circa nos ahus liberos decerneret ac de- finiret, nisi supposita previsionem futuri consensum nostrae voluntatis: Ergo, &c.

Quarto, Hac responso videtur favore doctri- nae Pauli lib. 2. de gratia & lib. arbit. cap. 2. dicens: *quod magis de origine voluntatis humanae, genus praesentis derivatur, & quod praesentia Dei de materia humanorum actuum sum- mit exoritur.*

Denique, SS. Patres, ut reddant rationem infallibilitatis 120 divinae providentiae, non recusat ad Dei praesentiam explorantem futurum consensum liberi arbitrii creati, sed potius ad infinitam efficaciam divinae voluntatis, efficien- tis per suam gratiam ut voluntas creata infallibiliter & li- bere, divinae vocationi consentiat, ut constat ex locis dis- p. 5. relatis: praesentem ex illo percelebri Augustini testimo- nio de praed. sanctorum cap. 10. ubi explicans hac verba Apostoli: *Credidit Abraham Deo, quoniam quae promissa spe- rentur, & faceret, & ponderans haec ultima verba: Non est praedecere (inquit) atque praesentire, sed ait, potius est facere, & ne per hoc facta non aliena sed sua: quia ut immediate antea dixerat: *Et si factum homines bona quae pertinent ad salutem Deum, ipse facti ut illi faciant quae praesent, non illi sciunt ne ipse faciat quae promissa, atque ut Dei promissa compleantur, non in Dei sed in hominum est praesentire, & quod a Domi- no promissum est, ab ipso redditur Abraham.* Et de corrept. & gratia cap. 8. redactis infallibilem perseverantiam Petri in fide, ad divinam preparationem, quae est praedictio seu predestinatio, & inquit: *Quis ignorat fuisse posituram fidem Petri, si ea quae fidelis erat voluntas, ipsa deservit, & per- mansuram, si eadem voluntas maneret? Sed quia preparatur voluntas a Domino, ideo pro illo Christi non potest esse inanis oratio. Eccc totam causam infallibilem efficaciam habendi firmam perseverantiam in fide, quae scilicet preparatur vo- luntas a Domino: Ergo ex preparatione & predestinatione**

Dei, non ex praevisionibus futuri consensus, & ex presuppositione aliqua praevia ex parte nostris, provenit inaliabilis & efficacis divini decreti.

§ VII.

Rationes Theologicae.

Plura sunt fundamenta Theologicae, ex quibus nostri Thomistae probare solent, Deum actus nostros liberos, sine lesione & praevio libere creati, infinita sua providentia ab aeterno praedestinare, & praedeterminare.

Primum potest sic proponi. Deus est primum ens, & ac proinde primum intelligens, & primum volens, & consequenter primum liberum: Sed primum liberum debet praedestinari, & praedeterminare actus liberos voluntatis creatae: Ergo & Deus. Major patet. Minor vero, in qua est difficultas, sic probatur: Primum liberum debet esse primum eligens, & primum determinans, cum libertas voluntatis, in eius electione & determinatione consistat: Ergo non debet expectare, vel supponere, sed potius antecedere, & causare, ac proinde praedestinare liberam electionem, & determinationem voluntatis creatae. Consequentia patet, si enim eam expectaret, vel supponeret, non esset primum eligens, & primum determinans respectu illius, illud enim quod est primum in aliquo genere, nullum aliud in tali ordine praesupponit, sed est causa, & mensura ceterorum.

Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Inter primum & secundum liberum, seu inter voluntatem divinam & humanam, eligentes & determinantes aliquam actionem liberam, v. g. conversionem Petri, debet esse aliqua subordinatio, ac proinde aliqua prioritas & posterioritas; subordinatio enim dicit ordinem, ordo autem essentialiter importat prioritatem & posterioritatem: Sed prioritas in eligendo, respectu talis conversionis, ut absolute vel conditionate future, non potest se tenere ex parte voluntatis divinae, talem conversionem praedeterminans, & praedeterminans. Major patet. Minor vero probatur multipliciter. In primis enim si talis prioritas se teneret ex parte voluntatis creatae, illa esset primum liberum respectu talis conversionis: illud enim censetur esse primum liberum respectu alicujus operatiois, quod primo eam eligit, & determinat.

Secundo, Nos prius eligemus Deum, quam Deus nos eligeret: quod repugnat verbis Christi Domini Joann. 15. dicens: Non vos me elegistis, sed ego elegi vos. Quorum verborum sensus est, juxta explicationem D. Augustini c. 17. de praedest. Sanctorum, & D. Thome in hunc locum Joannis: Apostolos non prius elegit sequi Christum, quam ipsos Christus elegerit in Discipulos.

Tertio, Voluntas divina subordinaretur humanae, subingeretur illi, essetque ea posterior, & veluti ejus pedesque: quod est contra definitionem Concilii Arausiaci, & contra expressam doctrinam D. Augustini.

Denique, Cum voluntas creatae essentialiter dependeat in volendo & operando a divina, implicat contradictionem, quod homo sit, vel concipiatur prius volens, & eligens aliquam actionem bonam, quam Deus juxta illud Augustini, velle quod bonum est non passum, nisi in volente.

Secunda ratio sumitur ex D. Thoma in questionibus disputatis, quae unica de providentia art. 10. ubi ait: Omne multiforme, & mutabile, & habere potens, reducitur sicut in principium in aliquid uniformem, & immutabile, ac indefectibile. Sed electiones nostrae multipliciter habent, mutabilitatem, ac defectibilitatem, ut experientia constat: Ergo debent reduci in divinum decretum, tamquam in principium omnino uniforme, immutabile, & indefectibile. Quam rationem tangit etiam Aristoteles 7. Eudemicae Ethicae c. 18. relatus a D. Thoma 3. cont. Gent. c. 89. ubi sic ait: Hujus (inquit Philophosus) quod aliquis intelligat, consistit, eligat, & velit, oportet aliquid esse causam; quia omne novum oportet quod habeat aliquam causam: si autem est causa ejus aliquid consilium, & alia voluntas procedens, cum non sit procedere in his in infinitum, oportet devenire ad aliquid primum: hujusmodi autem primum, oportet esse motum ratione, quod est Deus: 7. igitur primum principium nostrorum consiliorum, & voluntatum.

Tertia ratio: Deus habet perfectam providentiam de electionibus, & actibus liberis creaturae rationalis: Ergo illos praedestinat, & praedeterminat. Antecedens est certum, & demonstratur a D. Thoma 3. cont. Gent. c. 90. potest evidenti ratione suaderi. Homines enim habent providentiam & regimen de suis actibus liberis, & leges condant de his quae libere agenda sunt: Ergo a fortiori Deus, alioquin humana providentia aliquid attingeret ad quod divina non se extenderet. Consequentia vero probatur. Providentia enim quae nititur decreto conditionato & indifferenti, quale solum plures ex Romanticis in Deo admittunt, est valde imperfecta. Tum quia est incerta & fallibilis, utpote mixta decreto mere indifferenti, & non habenti infallibilem nexum cum consensu potius quam cum dissentu liberi arbitrii creati. Tum etiam quia est potentialis, & consilia, vaga, & indeterminata, utpote decernens concurrere cum causis liberis, vage, & indeterminata, & ad quodcumque illis voluerit, & nihil in particulari circa nostros actus liberos definiendo, vel determinando. Tum denique, quia talis providentia in sua determinatione & causalitate dependet a libero arbitrio, concursum Dei indifferenter ad speciem actus determinare, & est veluti pendula, & liberi arbitrii consensum & determinationem expectans.

Similiter etiam alia providentia quae nititur decreto absolute, supponente praevisionem futuri consensus per scientiam medium, est imperfecta, utpote pure speculativa, & explorativa consensus liberi arbitrii sub conditione futuri, quem non praedestinat, nec praedeterminat, sed tantum praevidet & explorat. Praeterea talis providentia infirmitatem & impotentiam Deo attribuit, & illi demergit supremum dominium in nostras voluntates, & ut loquitur Augustinus: Humanorum cordium quocumque voluerit inclinat, omnium potentissimum potestatem, ut alibi libe. exponimus in Tractu de scientia Dei disp. 6. art. 6. § 5. Deniqueque assimilatur illis hominibus, de quibus fit mentio Lucae 14. quorum aliter volens edificare turrim, prius sedens computat, si habeat sumptus necessarios ad perficiendam, ne incipiat, & perficere non possit. Alter vero iurus committere bellum adversus alium Regem, cogitat, si possit cum decem milibus occurrere venientium cum viginti milibus. Ut enim est in illis hominibus sollicitudo, & anxietas ad media inquirenda, ita similiter in Deo constituit scientiam medium, ad explorandas occasiones, opportunitates, & circumstantias temporis & loci, in quibus homo consensus est divinae vocationi, & ad investiganda media per quae certo & infallibiliter possit assidue quod intendit, sicut scit in illis hominibus est impotentia, si enim essent omnipotentes, sine virium suarum examine aggraderentur intrepidè quae cogitant. Ita enim in Deo fingitur impotentia & infirmitas, si independenter ab illa praesentia & praevisione futuri consensus humanae voluntatis, non habet in thesauris suae omnipotentiae media efficacissima, quibus fortiter & suaviter, infallibiliter & libere, possit movere, applicare, ac determinare voluntates nostras, ad volendum quicquid ipse voluerit. Quae ratio (inquit Augustinus in Enchiridio c. 98.) tam imple respicit, ut dicitur Deus malas hominum voluntates, quas voluerit, quando voluerit, illi voluerit, in bonum non posse convertere?

§ VIII.

Argumentum desumptum ex mysterio incarnationis.

Ultimo suaderi potest conclusio, argumento desumpto ex Tractu de Incarnatione, quod potest sub hac forma proponi. Secundum Scripturam, & Sanctos Patres, omnes actiones & passiones Christi fuerunt a Deo praedestinate, & imperatae; & tamen; non obstante tali praedestinatione & praecocepto, fuerunt meritoriae, & consequenter perfecte liberae, cum libertas sit una ex conditionibus ad meritum requisitis: Ergo simul haec duo: quod aliquis actus sit a Deo praedestinitus, & praedeterminatus, & nihilominus sit perfecte liber, & meritorius, & sic rati praecipuum Adversariorum fundamentum, Consequentia patet, Antecedens probatur ex illo Lucae 22. Filius hominis sicut DEFINIUM est, vadit. Et Actuum 4. Converserunt in civitate ista adversus sanctum hominem quem Jesus quem vocatis. Herodes & Pontius Pilatus, cum Gentibus & populo Israel, facere quae manserunt & consilium suum decernerent fieri. Unde Leo Papa Sermone 7. c. 4. de passione Domini: Nulla potest ratio turbare, quod ante aeterna saecula, & misericorditer erat dispositum, & incommutabiliter praesentium, Et Sermone 9. c. 1. Sacramentum humani generis fuit ante tempora, aeterna dispositum, & per multas specificationes omnibus retro, saeculis nunciatum. Et iterum serm. 16. Cum ergo omnia (inquit) in Christo Judaica admittit impietate tanto, ante praedicta, sit, ut non tam de futuro quam de praesentibus prophetis sit sermo conlocutus, quid aliud verbis quam semeliterarum dispositionum, incommutabilis, ordo referatur, nisi quem & discernenda iam indicata, & ser-

moniam saltem san. Item D. Athanasius relatus a Divo Thoma capitulo 1. cap. 16. docet Mysterium incarnationis esse factum, secundum praedeterminationem divinae: Ergo actus & passiones Christi Domini fuerunt a Deo praedestinitae.

Inobis modis ab hoc argumento conatur se expedire Adversarii. In primis enim aliqui cum Vasquez, Valentia, & Moncozo, dicunt actiones & passiones Christi Domini fuisse quidem a Deo praedestinitas, & Christo imperatas a Patre, quantum ad substantiam, sed non quantum ad circumstantias; puta quod Christus moretur tali loco, tali tempore, tali modo, Unde consequenter ad hanc doctrinam afferunt, Christum non meruisse adimplendo praecoceptum Patris, quantum ad substantiam, sed solum quantum ad circumstantias.

Alii vero negare non audent actiones & passiones Christi Domini fuisse praedestinitas a Deo, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad circumstantias, sed addunt talem praedestinationem supponere praevisionem futuri consensus voluntatis humanae Christi. Unde duo signa vel instantia rationis in Deo fingunt, in quorum primo dicunt, Deum explorasse, & praevisionem per scientiam medium, quod voluntas creatae Christi volitura esset, si poneretur in talibus & talibus circumstantiis; & videns quod illa libere confensura esset ejus praedestinationi & praecocepto, voluit in sequenti signo illi imponere praecoceptum moriendi, ejusque mortem & passionem, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad circumstantias, praedestinavit.

Utraque haec responsio in Tractu de Incarnatione a nostris Thomistis multipliciter confutari solet. Contra primam arguitur primo ex illo Joann. 14. Sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio. Quibus verbis denotatur, non solum substantiam operis, sed etiam modum ex circumstantiis desumptum, sed praecocepto Patris fuisse, ac proinde fuisse ab ipso praedestinatum. Unde Actorum 4. illa circumstantia mortis Christi, quod Herodes & Pilatus convenierunt in Jerusalem, dicitur a Deo decreta. Productio Juda, flagellatio, crucifixio, acetii & fellis potatio, passim in Psalmis prophetauntur. Circumstantia etiam temporis notatur. Joann. 13. Scitis Jesus quia venerit hora ejus. Et cap. 17. Pater venite hora, clarificati filium tuum, ut Filius tuus clarificet te. Quae verba exponens D. Augustinus Tract. 104. in Joann. sic ait: Offendit omne tempus, & quid, & quando fuerit, vel fieri foret, ab illo esse dispositum, qui temporis subitus non est: quoniam quae futura erant per singula tempora, in Dei sapientia causam efficientem habent, in qua nulla sunt tempora. Non ergo creditur hac hora, facti videri vultis, sed Deo potius ordinante.

Secundo impugnatur eadem responsio. Christus mortuus est ex perfectissima obedientia, immo ut ait Bernartus, Ne perderet obedientiam, perdidit vitam: Sed perfectior est obedientia, quae opus quoad substantiam & omnes circumstantias, praecoceptum & praedestinationem supponit, quam quae solum supponit substantiam operis praecoceptam & praedestinatam. Ergo non solum mors Christi, quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad omnes ejus circumstantias, fuit Christo imperata, & a Deo praedestinata.

Tertio, Ex hac doctrina & responsione Adversariorum sequitur Christum non meruisse esse eo praecocepto quod mortuus est, sed ex eo solum quod tali vel tali modo, aut loco, puta in cruce, in monte Calvariae, &c. At hoc absurdum, & erroneum est: Ergo &c. Sequela Majoris est evidens, nam juxta principia Adversariorum, in Christo non potest esse libertas, nec consequenter meritum, ex ea parte quae est praedestinitio, vel praecoceptum: Ergo si mors Christi fuit a Deo quantum ad substantiam praedestinita, & a Patre imperata, illa non potest esse libera, nec consequenter meritoria quantum ad substantiam. Passivas autem Minoris constat. Tum quia Apostolus ad Philippenses 2. docet quod Christus meruit sui nominis exaltationem, pro mortem & passionem quam ex obedientia perierat: Passus (inquit) obedientiam usque ad mortem, propter quod & Deus exaltavit illum, &c. Tum etiam, quia ipsi mors & passio Christi, quantum ad substantiam, fuit opus maxime difficile, & laboriosum Christi. Tum denique, quia illa fuit satisfactoria pro peccatis nostris, ut est certum de fide & ergo & meritoria. Consequentia patet: Non enim minor requiritur libertas ad satisfactionem, quam ad meritum.

Denique impugnatur eadem responsio. Divina providentia, cum sit perfectissima, universatissima, & se extendat ad omnia ad quae se extendit ejus causalitas, attingit actus nostros liberos, non solum quoad substantiam, sed etiam quantum ad omnes illorum circumstantias, formalitates, & modos, ut constat ex supra dictis: Ergo cum Deus habeat, vel haberet multo perfectionem providentiam de actionibus & passionibus Christi Domini (quia illa erant summi momenti, & infiniti valoris & estimationis, & ab ipsis pendebat salus orbis, & honoris divini illustratio) quam de nostris operationibus, negari non

potest illas fuisse ab ipso praedestinitas, non solum quantum ad substantiam, sed etiam quantum ad modum & circumstantias.

Secunda etiam responsio efficaciter impugnari potest ex triplici absurdo & inconvenienti quod ex illa sequitur. In primis enim haec responsio evacuat meritum obedientiae Christi. Tunc enim obedientia destruitur, quando superior tenetur accommodare voluntatem suam voluntati inferioris, & non e contra, quia tunc superior magis facit voluntatem subditi, quam subditus voluntatem prelati. Atqui, si Deus, salva incolam Christi libertate, nihil potuit ei praecipere, nec ullum ejus actionem, vel passionem praedestinare, nisi prius exploraverit per scientiam medium, quid ille ex innata libertate voluitur esset, debuit voluntatem suam accommodare voluntati Christi, & operari, non secundum consilium voluntatis suae, sed juxta consensum & determinationem voluntatis humanae Christi: Ergo ex hac responsione & doctrina destruitur meritum obedientiae Christi.

Hoc potest magis declarari exemplo Religiosorum: si enim prelati teneretur se accommodare voluntati subditorum, nec posset eis praecipere, nisi quod praevideret eos ex innata libertate, & propria inclinatione voluturos, certe facile esset ipsis obtemperare, & nullum, aut parvum foret in Religiosis obedientiae meritum. Unde sicut in tali casu Religiosus non posset dicere: sicut praecipit mihi prelati sic facio, sed potius dicere deberet, sic facio sicut prelati praevit me voluturum. Ita similiter, Christus non debuisset dicere, sicut mandatum dedit mihi Pater, sic facio: Sed potius, sic operor & ago, sicut Pater ab aeterno praevit me voluturum.

Secundo, Si voluntas quam Christus habuit moriendi in cruce pro salute hominum, antecederet decretum & praedestinationem Dei, sequitur quod salus hominum debeat refundi tamquam in primam causam, in humanam Christi voluntatem, non vero in divinum decretum, & aeternam Dei praedestinationem: hoc autem est plusquam falsum: Ergo & illud. Sequela probatur: illa causa quae primo se determinat ad salutem hominum, est prima causa, & prima radix talis salutis: At juxta hanc responsionem & doctrinam Adversariorum, divina voluntas non primo se determinat ad talem salutem, sed ipsa humana voluntas Christi: siquidem Deus antecederet ad suum decretum, quod nihil aliud est quam liberae suae voluntatis determinatio, praevit per scientiam medium quod humana voluntas Christi, postea in tali & tali circumstantia, erat se determinatura ad moriendum in cruce pro salute hominum: Ergo divina voluntas non fuit prima causa, & primum determinans hominum salutem, sed potius ipsa humana voluntas Christi.

Tertio, Ex eadem responsione sequitur praedestinationem Christi non fuisse pure gratuitam, sed dependentem a praesentia meritorum: Consequens est falsum, ut demonstrant Theologi in Tractu de Incarnatione, & multis Scripturae testimoniis probat Div. Augustinus in libro de praedestinatione Sanctorum cap. 15. & sequentibus. Ergo, &c. Sequela probatur: Immo plus est Adversariis docent praedestinationem Angelorum & hominum fieri ex praevisionis meritis, quia Deus in signo rationis antecedenti eleccionem illorum ad gloriam, praevit bona illorum opera, & futurum consensum voluntatis creatae: Ergo similiter, si in signo antecedenti Christi praedestinationem, praevit bona ejus opera futura, & futurum consensum voluntatis humanae Christi, ejus praedestinitio non fuit pure gratuita, sed dependens a praesentia meritorum.

§ IX.

Exponitur quaedam Scriptura & Sanctorum Patrum testimonia, quae obijciuntur ab Adversariis.

Obijciunt in primis Adversarii: Praedestinationes ille quas in Deo admittimus, non videntur coherere cum illo Ecclesiastico 15. Deus ab initio constituit hominem, & reliquit illum in manu consilii sui: adhaec mandata sua & praecocepta. Quomodo enim (inquit Lessius) reliquit eum in manu consilii sui, si ipse suo consilio, & decreto efficaciter & absolute, quid velit ab eo fieri, ante praevisionem sui consensus, ab aeterno praedestinavit? Si dominus praedestinavit hoc modo omnes actiones quas vellet fieri a famulo singulis diebus, & summa cura ipsum eam esse qui curaret: dicebat non relinquere famulum in manu consilii sui, ut ipse suo consilio & arbitrio statueret quid faciendum sit?

Respondet hominem non ita dici relictum in manu consilii sui, ut a praedestinatione Dei, qui (ut dicit Apostolus) Operatur omnia secundum consilium voluntatis suae, aut ab ordine divinae providentiae sit exemptus. Hanc enim libertatem Cicero conabatur statueri, qui ut ait Augustinus 5. de Civitate cap. 9. Dum homines vellet facere liberos, fecit sacros leges, &c. Sed quia (ut inquit S. Thomas hic art. 2. ad 4.) Non profugit ei videntur operantia, determinata

quia a seipsum, sicut res naturalis que aguntur tantum quasi ab altero diversa in seipsum: ille enim per consilium & deliberationem rationis se determinat ad volendum vel non volendum, ad operandum vel non operandum. Porro quia omne consilium, & providentia hominis, contrariatur sub consilio & providentia Dei, sicut causa particularis sub universali; & homo, ut supra ostendimus, non est primus liberum, nec primus eligens, sicut nec primum movens; nec prima causa suorum actuum liberorum: quidquid boni eligit, & per suum consilium deliberat, ac decenter, in Deum tanquam in primum liberum, primum eligens, & primum determinans, ac proinde ut praeligans, praeludens, & praeludens, reudendum est. Unde egregie D. Thomas 1. 2. quest. 109. art. 2. ad 1. *Homo est dominus suorum actuum volendi & non volendi, propter deliberationem rationis, que potest fieri ad suam partem vel ad aliam: sed quod deliberet, vel non deliberet, est huiusmodi ut sit dominus, oportet quod hoc sit per deliberationem precedentem; & cum hoc non procedat in infinitum, oportet quod finaliter deveniat ad hoc, quod liberum hominis arbitrium movetur ab aliquo exteriori principio quod est supra mentem humanam, scilicet Deo. Unde mens hominis, etiam sui, non ita habet dominium sui actus, quia iudicat moveri a Deo, &c.*

In forma igitur ad argumentum respondeo, distinguendo Antecedens: Deus reliquit hominem in manu consilii sui, tanquam primi consulantis & deliberantis, nego Antecedens; tanquam secundum consulantis & deliberantis, concedo Antecedens, & nego Consequentiam. Solutio est Sancti Thomae locis relatis, & 2. 2. quest. 104. art. 1. ad 1. de verit. quest. 1. art. 5. ad 4. de potentia quest. 4. art. 7. ad 12. & 3. contra Gent. cap. 90. ubi ait: quod hac verba Ecclesiastici ad hoc inducuntur, ut homines esse liberi arbitrii ostendantur, non vero, ut eorum electiones a divina providentia subrahantur.

Ad exemplum vero de famulo, adductum a Lessio, facile respondetur, negando paritatem. Ratio discriminis patet ex dictis, famulus enim non subordinatur domino particulari, tanquam primo libero, & primo principio suorum operationum, sed solum tanquam causa particulari, per preceptum, suasionem, aut consilium moraliter illum movendi. Unde libertas que est in actionibus illius, non procedit, nec emanat a libertate ipsius domini, nec ab ipsa dependet, sicut effectus a sua causa. At vero voluntas humana in suis operationibus essentialiter subordinatur Deo tanquam primo libero, & primo totius libertatis creatae & participati principio, ac proinde ex tali subordinatione & dependentia, non impeditur, sed potius causatur exercitium humana libertatis. Sicut ex influentia causae universalis, v.g. calis aut solis non impeditur, sed potius iuvatur & causatur generatio plantarum, ut sibi fuisse exposuimus.

138 Obijciunt secundo Adversarii quaedam SS. Patrum testimonia, quae illis videntur favere. Nam Damascenus lib. 2. Fidei cap. 30. sic habet: *Omnia quidem praecipue sunt Deo, non autem omnia praedeterminata.* Et Chrysostomus homil. 12. in Epistolam ad Hebraeos ait quod *Deus non antecedit voluntates nostras, ne nossemus latere arbitrium.* Item Augustinus 5. de Civit. cap. 9. haec scribit: *Sicut Deus omnium naturarum creator est, ita & omnium potentiarum dator, non voluntatum.* Et de spiritu & littera cap. 31. *Legimus (inquit) non esse potestas nisi a Deo, nusquam autem legitimus, non esse voluntas nisi a Deo; & recte non scriptum est, quis servum non est.* Denique lib. 3. de libero arbitrio cap. 18. sic habet: *Ista brevissima est: quacumque causa est voluntatis, si non potest ab alio, sine peccato et caditur. Sed illa praedefinitio quam nos ponimus, est ita efficax, ut ei resisti non possit: Ergo sine peccato, & per consequens sine libertate, ei caditur.* Alia SS. Patrum testimonia adducit Ruiz, tomo de scientia Dei, sed ista videntur praecipua, & ex eorum responsione, ad alia patet solutio.

139 Ad locum ergo Damasceni, respondeo cum D. Thoma quest. sequenti art. 1. ad 1. & 3. contra Gent. cap. 90. quod Damascenus his verbis solum intendit excludere praedeterminationem imponentem necessitatem, ut est in rebus naturalibus; non autem praedeterminationem cum libertate compositam, qualem in causis liberis admittimus. Ad Chrysostomum respondet Vasquez 1. part. disp. 91. cap. 8. n. 44. illum fuisse Semipelagianum, sic enim habet: *Sententiam Massiliensium (intelligit Semipelagianos) tradidit multi Patres Graeci, inter quos praecipue fuit Chrysostomus, qui & Cassianus Magister fuit.* Sed ab hoc errore, seu potius calumnia, recte Chrysostomum vindicat noster Sixtus Senensis lib. 5. Biblioth. annot. 101. ubi ait, Joannem Occulampadium, Luterae haresis proflorem, hunc errorem primo ei imposuisse. De quo iterum dicemus in Tractatu de praedestinatione disp. 2. art. 3. §. 6. ubi magnum Chrysostomum a Semipelagianorum errore vindicabimus, ipsumque gratiam voluntatis praeventientem, diserte docuisse ostendimus. Unde cum Sanctus ille Doctor hom. 12. in Epistolam ad Hebraeos, negat Deum nostras praeventire seu antecedere voluntates, solum intendit, ipsam non antecede-

dere voluntates nostras, praeventione fatali & violenta, & liberum arbitrii nostri consensum, & cooperationem impediendo, ac tollente potentiam ad oppositum, ut Manichei, quos impugnat, olim docebant. Non vult tamen excludere antecedentiam & efficaciam adjuvantem, quae non tollat potentiam ad oppositum, sed nostram faciat libere operari arbitrium, qualem D. Augustinus, & S. Thoma Discipuli docent.

Addunt aliqui cum Janenio in concordia, & Lipomano 140 in praesertione ad eadem, Graecos Patres, praesertim Chrysostomum, caute admodum legi debere circa materiam de gratia (non quod ferunt Pelagiani, ut Vasquez existimat) sed quia cum nondum esset exortus Pelagius, neque haec controversia discussa, & aliunde Manichei negantes liberum arbitrium, ipsis negotium facerent, in laudem liberi arbitrii multa dixerunt, quae pie explicanda sunt. Unde Augustinus de praesert. Sanctorum, cap. 14. *Quid igitur opus est ut eorum sententiam opuscula, qui praesertim ista haeresis creverit, non haberent necessitatem in hac difficultate ad solvendum quaestione versari? quod procul dubio ferunt se respondere talibus cogentur. Unde scilicet est, ne de gratia Dei quid sentirent, breviter quibusdam scripturam suorum locis, & transierunt attingentes: immorarentur vero in eis qui adversus alios inimicos Ecclesiae disputabant.*

Ad primum vero Augustini testimonium, respondetur 141 S. Doctorem ibidem loqui de voluntate humana, quatenus mala est, ac devians a regulis morum; sub qua ratione non est a Deo, sicut omnis potestas, quae cum ex se bona sit, ab illo est. Et ita clare seipsum explicat ibidem, subdens: *Ma & quippe voluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt quae ab ipso est.* Et supra cap. 5. *Deus non est Auctor omnium voluntatum, nam non est dator mala voluntatis.* Eodem modo intelligendum est aliud testimonium desumptum ex libro de spiritu & littera, sequitur enim etiam ibi de mala voluntate, ut patet ex verbis illis quae subiungit: *Alioquin etiam peccatorum, quod aliter, Auctor est Deus, si non est voluntas nisi ab illo: quoniam mala voluntas jam sola peccatum est.*

Ad alium locum ex libro tertio de libero arbitrio, respondetur quod quaecumque causa est voluntatis, si non possit ei resisti, nec potentia antecedente, nec consequente, sine peccato ei caditur. Secus autem, si ei possit resisti, potentia antecedente, seu in sensu diviso. Quo pacto possimus resistere, seu dissentire divino decreto, & motioni ejus, ut docent Thomistae cum Sancto Praeceptorum q. 23. de veritate, art. 5. & 2. ubi haec scribit: *Quomodo non est effectus divina voluntatis non possit fieri sine cum divina voluntate, tamen potentia deficiente effectum, simulque cum divina voluntate. Non enim ipsa sunt incompossibilia: Deo vult istum salvari, & iste potest damnari: sed ipsa sunt incompossibilia, Deus vult istum salvari, & iste damnatur.* Quo nihil clarius & expressius in favorem nostrae sententiae dici potest.

Addo quod D. Augustinus ibi aperte inquitur de causa violenta, & cogente: sic enim incipit illud capitulum 18. *An ferre violenta causa est voluntatis, & cogit motum?* Divinum autem decretum, quavis efficacissimum, nullam coactionem aut violentiam infert, sed fortiter & suaviter movet, & ita agit nos, ut agamus, & libere, ac voluntarie consentiamus; & ut inquit ipsemet Augustinus, *in ipsi hominum cordibus operatur, non ut homines, quod fieri non potest, nolentes creant, sed ut volentes ex voluntate sua.*

§. X.

Consilium praecedens doctrina.

EX dictis sequitur Deum physice praedeterminare voluntatem creatam ad suos actus liberos eligendos. 143 Admissio enim decreto praedeterminantis, seu aeternae & efficaci praedestinationis voluntatis divinae, non potest negari voluntatem creatam ad suos actus liberos, infallibiliter simul & libere eligendos, cum illa sit executio & causalitatis talis decreti seu praedestinationis, & ab illa ut radius a Sole, rivulus a fonte, & effectus a causa promanet.

Potest insuper ejusdem praedestinationis necessitas hac ratione fundamentaliter breviter demonstrari, de hac enim fide agemus in Tractatu de actibus humanis, cum modum quo Deus movet voluntatem nostram ad suos actus liberos eligendos exponemus. Certum est enim, quod voluntas creatam ad suos actus liberos eligendos, non salvat in Deo rationem primae causae, respectu actuum nostrorum liberorum: Sed concursus simultaneus est concursus praevius, qui physice praedeterminatio a Thomistis appellatur. Major constat ex variis Scripturae testimoniis: dicitur enim *Isaia 46. Omnia opera nostra operatus es in nobis Domine; & Apostolus ad Philippenses 2. atque Deus operatur in nobis velle.* Minor vero sic ostenditur: Concursus indifferens, prout a Deo & a voluntate creatae determinandus, non sufficit ad rationem causae primae respo-

An actum nostrorum liberorum: Sed concursus simultaneus est indifferens, prout a Deo, & a voluntate determinandus, ut docent Adversarii: Ergo non sufficit in Deo ad rationem causae primae respectu nostrorum actuum liberorum. Major probatur: Concursus in quo Deus magis subordinatur creaturae, quam creatura Deo, non sufficit ad rationem primae causae: Sed in concursu indifferenti, prout a Deo, magis subordinatur Deus creaturae, quam creatura Deo: Ergo talis concursus ad rationem primae causae non sufficit. Major constat, etenim contra rationem primae causae subordinatur Deo in productione actus liberi, ut Adversarii docent: Sed Deus non potest actum liberum causare sine concursu voluntatis, & alias voluntas creatae determinat concursum divinum, si ille sit indifferens prout a Deo, seu indifferenti modo voluntati oblati: Ergo in hoc modo concurrenti, magis subordinatur Deus voluntati, quam voluntas Deo.

145 Ex hoc discitur evidenter sequitur, quod ut in Deo ratio primae causae salvetur in ordine ad actus liberos, debent ad illos concurrere concursu praevio determinante concursus voluntatis creatae. Tum quia omnis causa debet esse prior saltem natura & causalitate suo effectu. Tum etiam, quia concursus indifferens non potest causare determinationem nostrae voluntatis, cum potius determinationem expectet, ut ejus indifferencia resolvatur & determinetur, sicut calidum non potest produci a frigido, nec album a nigro. Tum denique, quia, ut jam ostendimus, per concursum simultaneum magis Deo subordinatur voluntati, in ordine ad ejus actus liberos quam voluntas Deo. Sed de hac praedeterminatione fufe & ex profecto loco citato Tractatu de actibus humanis differemus, unde ad hunc locum Lectorem remittimus, ut inutilis ac superfluis repetitionibus devitemus.

146 Dicis, de ratione causae liberae est seipsam determinare ad quodcumque voluerit: Ergo si voluntas creatae a Deo praedeterminetur, non erit libera.

Hoc est praecipuum adverse sententiae fundamentum, cui fufe respondebimus, cum agemus de concordia libertatis creatae cum decreto praedeterminante, & physica praedeterminatione, nec breviter respondeo, quod sicut de ratione causae efficientis non est quod sit prima; sed quod efficiat, licet moveatur ab alia priori, ut patet in igne & celo; ita non est de ratione causae liberae, ut se primo determinet, sed ut se determinet juxta suam rationem; ita quod si fuerit primum liberum, seipsam primo determinet, & independenter a quocumque alio primo movente & determinante; si vero fuerit secundum liberum, quale est voluntas creatae, seipsam determinet secundario, & dependenter a motione primi liberi, & primi determinantis.

147 Instabis primo: Haec duo inter se pugnant, & contradictionem involvunt, nempe quod voluntas seipsam moveat & determinet; & nihilominus quod prius natura a Deo moveatur & determinetur, alias idem simul esset a se & ab alio.

Respondeo hanc instantiam fuisse a D. Thoma praeviam & solutam, nam 1. part. quest. 105. art. 4. sibi hoc argumentum objicit: *Deus non potest facere quod contradietoria sint simul.* Haec autem sequitur, si voluntatem moveret: Ergo Deus non potest voluntatem movere. Cui sic respondet: *Ad secundum dicendum quod movere voluntarie est movere ex se, id est a principio intrinseco, sed istud principium intrinsecum potest esse ab alio principio extrinseco, & sic movere ex se non repugnat ei quod moveatur ab alio.* Idem docet quest. 3. de malo, art. 2. ad 4. his verbis: *Cum liberum arbitrium movet seipsum, non excluditur quin ab alio moveatur, a quo habet hoc ipsum quod seipsum movet.* Item quest. 24. de veritate, art. 1. ad 5. sic habet: *Aliquid potest ita esse ab alio motum, quod tamen seipsum moveat, & ita est de mente humana.* Non ergo repugnat, juxta Divum Thomam, voluntatem creatam seipsam movere & determinare ad agendum, & nihilominus prius natura moveri & determinari a Deo, subindepende ab illo prae moveri & praedeterminari.

Ratio etiam adhaeret, non repugnat enim quod aliqua actio procedat a duobus agentibus diversi ordinis, inter se subordinatis, nam eadem generatio plantae, vel hominis, est a sole, ut primo generante, & a planta vel homine, ut secundo generante: Ergo similiter eadem determinatio voluntatis creatae, potest simul esse a Deo, ut primo libero, & primo determinante, & a voluntate creatae, ut a secundo libero, & secundo determinante. Immo oppositum implicat contradictionem, cum enim determinatio voluntatis creatae sit quid creatum, in rerum natura existens, & gradum aliquem existentie in se imbibat, non potest subfergere divinam causalitatem; unde, cum Deus illam causare non possit per decretum indifferens, aut per concursum simultaneum, ut supra ostensum est, necessario causari debet per decretum praedeterminans, & per concursum simul ac praedeterminantem: Ergo im-

placit quod voluntas creatae seipsam determinet, nisi a Deo praedeterminetur.

Instabis secundo: Quod non potest causare formam determinatam, non potest determinationem causare: Sed voluntas non potest causare formam, ipsam determinatam: Ergo nec potest seipsam determinare. Major patet, Minor probatur. Forma voluntatem determinans est decretum efficacax Dei: Sed hoc non potest a voluntate creatae causari: Ergo voluntas creatae non potest causare formam, ipsam determinatam.

Respondeo, concessa Majori, negando Minorem: & ad illius probationem, distinguo Majorem: Forma voluntatem determinans, est decretum efficacax solum, nego Majorem. Est decretum efficacax, & etiam actus, quem voluntas elicit, concedo Majorem, & concessa Minori, nego consequentiam. Ut enim voluntas sit potens ad se determinandum, non requiritur quod possit omnem formam ipsam determinatam causare, sed sufficit quod aliquam possit: est autem in nostra sententia duplex forma voluntatem creatam determinans, una ex parte Dei, nempe decretum efficacax & praedeterminans; alia ex parte ipsius voluntatis, nempe actus ab ipsa elicitus, qui cum sit liber, & libertatem voluntatis exerceat, est etiam determinatio illius; & consequenter ut in voluntate creatae sit potentia ad se determinandum, non requiritur quod possit causare decretum efficacax Dei; sed sufficit quod possit causare actum proprium ipsam determinantem. Sed de hoc iterum, cum de concordia libertatis creatae cum decreto praedeterminante & physica praedeterminatione, ubi etiam alia Adversariorum fundamenta proponemus & convellimus.

ARTICULUS VI.

An peccata sua subsint divina providentia, ut etiam subjiciantur ejus causalitati?

§. I.

Praemittitur quod apud omnes est certum.

EXtra dubium est, peccata aliquo modo subijci divinae 149 providentiae: Primo quidem, quia Deus ordinar peccata, ut si saltem secundum se nihil conferat universi perfectioni, conferat, saltem ordinis suo. Sic paucis praefate sumus, nihil conferat casti, plurimum tamen ad ejus harmoniam & suavitatem conducunt, si debito modo disponantur, & certis quibusdam intervallis fiant. Sic etiam umbrae conferunt picturae, & maculae pulchritudini faciei. Unde egregie Augustinus libro imperfecto de Genesi ad litteram, cap. 5. *Non dicimus, inquit, Deum seculis seculis, quoniam speciem ipsam Deum fecit, non privationem qua ad nihilum pertinet: quae tamen ab eo ordinatae intelliguntur, cum dicitur: Et creavit Deus inter lucem & tenebras; Genes. 1. Ne vel ipse privationes non haberent ordinem suum, Deo causa regeret atque administraret: sicut in cantando imperfectiones flentium certis & moderatis intervallis, quoniam vocem privationes sunt, bene tamen ordinatae ab eis qui cantare sciunt, & suavitati universae cantilioni aliquid conferunt: Et umbrae in picturae eminentiores quoque distinguunt: ne non specie, sed ordine placent.* Nam & vitiorum nostrorum non est Auctor Deus, sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores constituit, & in partem cogit qui merentur. Ad hoc valet quod vix ponitur ad dexteram, hanc autem ad sinistram. Quod ergo & facti Deus & ordinar, quodam vero tantum ordinar. Iustus & facti & ordinar, peccatores autem, in quantum peccatores sunt, non facit, sed ordinar tantum, ipse ergo faciente, pulchra sunt singula, & ipse ordinante, pulchra sunt omnia.

Certum est etiam, quod Deus peccatoribus utitur ut 150 exequatur consilium voluntatis suae: sic proditioe Jude, & Judaeorum scelere, ad implendum humane Redemptiois Mysterium usus est. Ut elevaretur Joseph ad solium & thronum Aegypti, non inutilis fuit Deo invidia fratrum ipsius, nec impudicitia uxoris Putiphar. Hinc est quod in Scriptura dicuntur aliquando peccata fieri ex imperio, consilio, & intentione Dei, quia scilicet haec exequitur Deus per hominum peccata. Unde Augustinus in Enchiridio cap. 101. *Deus quasdam voluntates suas, utique bonas, implet per hominum voluntates malas, sicut per Judaeos malos, bona voluntate Patrii, Christus pro nobis occisus est.* Et cap. 100. *Hae sunt (inquit) magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates ejus, & tam exquisita, ut cum Angelica & humana creatura peccasset, id est, non quod ille, sed quod ipsa voluit, fecisset, etiam per eandem creaturam voluntatem, qua factum est quod Creator voluit, implevit ipse quod voluit, bene usus & malis, tanquam summe bonus, ad eorum damnationem quos iuste praedestinavit ad poenam, & ad eorum salutem quos benigne praedestinavit ad gratiam.* Quantum enim ad ipsos accinet, quod ipse voluit fecerunt; quantum vero ad omnipotentiam Dei nullo modo id effecere voluerunt; hoc quippe ipse quod contra voluntatem Dei fecerunt, de ipsa